Żaluski Andr. Stanisl. Kostka

Episcopus Plocensis

Szczucinensis Collegium Schol. Pior. Cordium

aries.

CORDIUM ARIES;
BONI PUBLICI VICTIMA,
PATRIÆ SIDUS *PROPITIUM*
HOROSCOPUS AUGUSTI;
REGIJ TESSERA & AMOR PECTORIS;
ECCLESIÆ PLOCENSIS
SPONSUS:
PATRITIVS FAMILIÆ ZAŁVSCIANÆ
AGNUS.
Post viduatam bino iam Præsule de Domo eadem Cathedram, tertiò iterùm ejusdem Diæcesis.
REX, DOMINATOR
&
PASTOR.
Sub fortunatissima successivi Imperij Auspicia,
ILLUSTRISSIMI ac EXCELLENTISSIMI DNI
D. ANDREÆ STANISLAI
KOSTKA
In Załuskie.
ZAŁUSKI
DEI & Apostolicæ Sedis Gratiâ
EPISCOPI Plocensis
Unà cum Sedente in Episcopali Throno
a Szczucinensi Scholarum Piarum Collegio.
ADORATVS.
Anno AGNI Mystici Sangvine suo Purpurati. 1724.

VARSAVIÆ Typis S. R. M. Scholarum Piarum. n.

IN
GENTILITIVM INSIGNE
Præſulis Jlluſtriſſimi.



I.

Purpureæ REX AGNE Domûs, Regumq; voluptas;
AGNE Palatinæ Gloria prima Togæ:
Seu trabeis Patrum fulges; ſeu Numinis aras
Præſule colluſtrás; unus es hic, & ibi.
Qvos proin author amor titulos Tibi dedicet? omnes;
sIDVs es, es ſponsVs VICtIMa ReCsqVe gregIs!

II.

AGNUM qvotidie ſe dixit Amoris ad aram
Indiges aſſiduâ Sacrificare manu.
Sic etiam Cælo, Patriæ, ſic Victima Regi;
Civibus AGNUS erit qvotidiana Tuus.

Ad
ILLUSTRISSIMUM EXCELLENTISSIMUM
ac
REVERENDISSIMUM
ANTISTITEM.

TOt jam olim depoſitis ante Thronum, adoratũ Coronis, etiam modo non uno Ornamus titulo Patritium Domus Tuæ *AGNVM*; ut proportionato qvantùm ſufficere tenuitati licet, illum Tibi dedicemus officio. *Jlluſtriſſime ac Reverendiſſime Antiſtes* Qvid enim ad Majeſtatem *ZAŁVSCIANI Nominis*, uno qvaſi obijciendam intuitu, ampliſſima licèt cujus piam vocabuli vaſtitas? *Qvid ad Solenne AGNI canticum*, vocaliſſimũ

dictionis unius præconiũ? Sanè niſi Orbis totus. Eccleſia, Regnũ, Senatus, & Cives, teſtem in facie triumphi vocem influant, qvidqvid Auguſtiſſimum alias Cogitatu; ſcabellum eſt nõ par faſtigiũ *Agni Tui*. Cõmune nempe *DEO & AGNO* videtur aliqvid interveniſſe ſecum; ut Omnia ſit neceſſe dicat; qvi velit aliqvid de utroq́; & qvi maxima protulit; adhuc nihil noverit ſe dixiſſe. Qvid qvid fõs lucis aliàs, infra hujus eſt *lumen Sideris*; quidqvid rarum uſpiam, adhuc *Sigillata* non æqvavit *myſteria*; qvæ ſolus *AGNVS* dignus eſt noſcere, & cui libuerit *aperire*. Infra arrectã illius, ſerpit plantam, omnis decor, etiã ſumma tranſilit erecto pede ludibũdus. Vno ſaltu eminentem adeo Plocenſis Diæceſis curulim petijt; poterit alio tantum non Vaticanum, tranſiliens colles, rariſſimis, ſuperabiles. At unde tã facilis ad ſumma ſaltus? Nam ab ipſo *Sereniſſimi AVGVSTI II.* depẽdet *AGNVS* pecto-

re

re prope cor Regis ſidus in Regiorū favorum Zodiaco eminentiſſimum. Relinqvit Imperatori aliqvando menſium *Arieti* Martium; pulchriorem Horoſcopum arbitratus in *AVGVSTO*; in ſinu Gratiæ, ac tropico ſidereæ Charitis, inter ſigna. Præterea non uni menſi, ſed ſæculis præſidet. Vnde ſibi & toti Familiæ aperit ianuam, ac ver gratiarum immortale. Fronduit illi ab immemorabili recentibus ſemper Dodona Faſcibus, clavis, Paſtoralibus, ſcipionibus; gemmarunt gemmis Infulæ, & adhuc perpetuo frondebunt ac gemmabunt ævo. Vigebit immortalis gloria, immarceſcibiles laudes, candidus civium amor, & his sēper *paſcetur liliis*, vel Roſeo Purpurarum nutrimento. In Te porro *Illuſtriſſime ac Reverendiſſime Antiſtes* hanc præſenti dierum ſerie, primi ſemper muricis auſpicabitur Florentiam, *in Te primo* ex voto noſtro omnis ſuo flore paſcet *Illum* felicitas; nectareis

 cælum

cælum potabit ſolatijs; aureas tempus *de Domeſtico* vellere nebit horas, pleniſſimo dabiles ſucceſſus recreabunt Eliſyo; Fortuna manſveſcet, ſi ferocijt. Minima verò Scholarum Piarum Religio, (qvid enim a tam *Miti & benigno* non favorabile licet polliceri *Aſpectu?*) uberem fávorum experietur influentiam.

His ſe inſinuat unâ cum tota Provincia.

Jlluſtriſſimo Tuo Nomini

Obſeqventiſſimum ad nutus
Collegium Szczuczinenſe.

PANEGYRICUS.

SI ipsam tantū grandium meritorum Tuorum hystoriam, vel Nominis ZALVSCIANI *gloriam, Patritijq; coronas* AGNI, *vel proximâ necessitudine sangvinis conjunctarum Domorum decora, pro debito Academicorum ingeniorum Vectigali, in censum nostræ submissionis assumeremus, Tibiq; dicaremus; satis augustâ panegyri, sat ingenti apparatu, Tuam hodie comitari pompam, triumphum prosequi cuivis videri deberemus; sed ubi insuper non magis Tuæ, quàm suæ felicitati, applaudentium populorū gaudia; Romæ annuentis spes præceptas de Te; Patriæ gestientis animum; Senatûs gratulantis officia, in sacra elogijs Tuis præsentamus pagina; ubi inquam, non ex assentationis officina plerumq; vix credibiles, sed ipsa publi-*

câ Poloniæ famâ quemadmodum notas, ita veras Tibi destinamus laudes, sane ad splendores diei hujus, ad majestatem præsentis Tuæ fortunæ, nihil jam augustius, quia nihil verius, nihil magis Tuum, posse adijci opinamur. Istæ enim hic Tibi feruntur laudes, quarum Inventor Amor; corda, fontes; pretium & ornatus, devinctissimorum Tibi, unio animorũ. Has nesciente Te loqvũtur ubiq; Cives, absente, urbes & oppida passim congeminant. Ades præsens? unus alteri ad aurẽ susurrat, ne prohibeas; interrogas? dissimulant, alio sermonem convertunt; quod si recedas, iterum easdem repetũt, ingentem cujusdam voluptatis singuli sẽtientes illecebram (quod nos quoq; ipsi experimur) aliquid Tui iugiter admirari. Nullus proinde est in tota gente, qui de Te totum id, quidquid adducemus ignoret. Publicus juxta ac privatus, miles ac domèsticus, hospes ac incola, ut quisque studio placendi liber, ita assentandi incurius. Eæ laudes, toties in aulis Principum ac privatorum ædibus

auditæ habent nihilominus pretium & ſui cupidos, vel quia ſemper in Te qui verus earum Author & hæres es, ſunt recentes, vel veriùs quia maxima mirā-tibus majora ſuccedunt ſvaviſſimo quodam ordine & nunquam interrupto. Prodigia ipſa crebrò narrata breve ævum depretiat; cum naſcūtur, rara; dein quam citò omnium pervagata ſunt linguas, tam immaturè non longo ſeneſcūt die; Ipſi laudationi Tuæ hoc vitium, quæ maieſtatem dedit, ademit natura, quo Crebriùs enim intra mutua Civium ſolatia de dotibus Tuis magna geminantur, eo audiuntur iucundiùs, putantur nova, putantur inaudita. Et hoc eſt demum laudari vere. hoc nobiliſſimum applauſuum applaudentiumq; theatrum! ubi amores & vota ſcenam, implent ſeipſis PRINCEPS *actûs materia & ſpectaculum. Indigniſſimis nimirum etiam, hæc ſors contingere poteſt quod ſupra humanam ſortem adulatorijs tollantur calamis, Inde vitia non raro videas: ita Oratorijs perſonata luminibus; ac ſuo*

virtutes ſe commẽdant colore; ſic ex Paſtore Admeti Cinthius, ex ſpuma maris Fortunæ Deaſtrum, ex informi ſtipite ſæpe crevit Mercurius; porro ſola illa ſuſpicionem excedit Panegyris, quæ non Inventionis dignitate, ſed concordis dignatione populi; non artis æconomiâ, ſed æcumenici amoris prodit in lucem magiſterio. Odit nempe commodaticiam ab arte, ſive lucem, ſeu umbrã, ſincera virtus; qui eam Tulliano inveſtit, inconſultê ſuo placituram deſperat apparatu, diſertaq; cortina Apollinis, non reverentialem illi apotheoſim conciliat, ſed erubeſcendæ potiùs ſæpe nuditatis detegit argumentum. Procul ergo à floribus, procul ab Arpinatis theſauro, victimatam Gloriæ Tuæ removemus ſvadam. Æviterna cordium obligatio, admirationes, Appretiatio ſupra vulgum, & quidquid devoti eſt motus animi, Tua ſunt elogia; Tua inquam, quia coerceamus licet, noſtrâ vel Tuâ modeſtiâ imperante, Divam ejuſmodi erga Nomen Tuum latriam, erumpunt tamen ultro

hi

hi affectus, maluntq; amoris ductum quā moris regulam observare. Gratulantium sunt applausus, quidquid hic leges, idest orbis totus Orator Tuus; nos tantum fidelis illius Echo, remotis longè ætatibus vocalissimas dotes deportaturi.

Porrigimus ergo primo sæculis ad Patrium Vistulam resonantē gloriæ Tuæ triumphum. Jllum diem memora Præsul Jllustrissime, *qui Tibi primus tanto illuxit murice, qui Te* Jllustrissimis *circumfudit titulis, idēque plenissimis Patriam exserenavit solatijs. Jllum inquā, quo Te Rex Senatorem, Pater Imperij Patrem Patriæ,* AVGVSTVS 2dus *Plocensis Ecclesiæ Episcopum, iusto avorum respectu, digno meritorum Tuorū pretio magna Reipublicæ gratulatione declaravit.* (Nominatio Præsulis Illmi ad Plocensem Infulam.) *O! quanta hic ad nominationem Tuam celebrata solennitas! quātis Regia, Cives populi, exultarunt tripudijs! Publicæ Fortunæ natalis sic celebrari posset, si hucusq; à nobis coleretur; vel ille dies, credo Divis est ita cultus à Superis, quando summus Deorum antistes*

Iuppiter, ad supremum Orbis totius electus erat Pontificium. Quod si potiùs Orthodoxè triumphantem mundum revocare malimus, sic Bajulus AGNI *im*maculati Tutelaris ANDREAS, *cũ in has Scythiœ oras, olim ad fundandam DEI Ecclesiam appulisset, Cælitus sibi sensit triumphatum. Nullum discrimen erat inter universale Orbis Jubilæum &* AGNI Tui *solennia, tam largâ omnium & Singulorum animos classicũ Honoris Tui implevit indulgentiâ. Fuerunt; qui à Pathmæo visum Exule, triumphum* AGNI, *in* Patritio Tuo *sibi rememorabant* IVNOSZA; *nam & hunc non ita pridem in erepto é vivis* Prædecessore Tuo *occisum plangebamus; Fuerunt alij: qui iterum inter sidereos Grandes stallo regali donari dicerent, ceu illum Jovis portitorem. Aureos certe omnes venire annos, aureos à pretioso* AGNI *vellere oriri menses, ac nescia ferri tempora ominabantur. Cuiq; quidquid Sacerrimum occurrit memoriæ, meritum singularissimæ religionis fuit ad*

aram

aram AGNI Tui *plenâ officiorum vi-
ctimare hecatombæâ. Imo jam beatitatis
pars quædam est credita, dicere gloriam
tunc,* AGNO Tuo; *hinc sequi plau-
sibus, prævenire votis, quocunq; diver-
tebas, nata æmulatio; hinc illa vocalissi-
ma, Vrbe totâ, imo Orbe Lechico tunc
præsenti, tessera:* dignus est AGNVS
accipere gloriam & honorem. *Au-
divimus hoc quoque palam præconia Tua
recitante Famâ: hic Regnum quod ja-
ctet, habet. Affine si quando Polo iactavit
nomen, nunc certè ipsissimus magnorũ
Astrorum est horizon, in quo iterum pri-
mæ magnitudinis sidus affulget* AGNVS.
Deorum est curia; Plocio *ita beatifi-
cata* Pontifice, *ac Numinum Senatus
imberbi suo completus Apolline. Fe-
lix Diœcesis! cui diu regnaturum An-
tistitem, tam citò habere licet! Fortu-
nata Respublica! tam florentis ævi suf-
fulta Senatore.* Vernabis; seroq; Tuam Bieżanovius.
experiere senectam. *Illata nuper
in Fato nunquam satis æstimati* Præsu-
lis Chrysostomi *damna, tum breves* in

LVDOVICO *delicias, hic demum Nepos, Ecclesiæ, Regno, Domui, debebit liberaliter compensare. Debebit signatoriæ dispendia Gemmæ reddere. Debebit Romano erubescere murice pro Patruis citò ad beata egressis otia. Debebit Archi-Præsuleæ onus portare majestatis Archi Pastor. Expectationem superasse dici non poteras; quia vel à cunis maxima quæq; Tibi destinabat honor; ætatis tamen spatia meritis præivisse narrabaris; postquam simul in primo honoris stetisti gradu, simul maximos accessisti. Quis porro tacitam pectorum luctam satis explicet? quæ internis quidem se occulebat latebris, ita tamen per frontes explicabatur confluentium, ut pene prospiciens oculis cerni posset. Livor, æmulatio, invidia, (nam sine his nec virtus perstat neq; præmium) ipsâ suâ se consumebant tabe, viderentur & laniare se dentibus, si palam auderent comparere. Triumphabat Publica expectatio; quod ibi jam sua cæperis coronare vota; ubi aliorum desidiæ vix*

optare

optare ſolenne. Opprimebatur ſtupor Juſtitiâ; quæ ocyus etiam debitum hunc Tibi aſſeverabat muricem. Succensebat Ratio ætati; quod ipſa niſi hactenus effæta ſilicernia bene Senatoriam rebatur poſſe geſtare togam. Gratitudo metuere viſa; ne citò ipſi deſint præmia, quibus coroneris; & jam Primatialem ſolicita vocabat Crucem, fultura tenuitatem ſuam; ne ſub virtutum Tuarum pondere ſimul ſuccumbere cogeretur. Amorem Civium riſiſſe non ſine ingenti ſuâ voluptate ad iſta credo, quod ita videret de Te decertari.

Et vero habet in Te, quod amet Patria; mirentur Cives, venerentur populi, ſuſpiciamus univerſi. Cunas natales, ideſt magnæ Domûs, ex qua prodiiſti amplitudinem inſpicimus? Dabilis ſub ſole magnitudinis capaces ſunt. Jovem pro toro Cybeles, Mercurium pro ſinu Athlantidis, Caſtorem pro Lædæ gremio non dedecerent. Sol dum horoſcopatur in Leone, ſic luminoſè oritur. Adamas dum inter aureas Arabiæ invenitur

venas, sic pretiosè nascitur. Fluvius qui è mari immediatè fluit, ita amplè manat. Concha orientalium Gemmarum, torus Charitũ, nidus Divorũ, (si qui in rebus humanis residui), nominari possent, nisi insignioris gloriæ prædicatum probè nossemus esse, dici Tuas. Possent Filijs Jovis in Alexandro, Delicijs generis humani in Tito, mirabilibus mundi in Ottone, Amori Gentium in Trajano, à Lucina sterni; si iterum nascerentur; vel nisi potiùs, Tibi nobiliori dabilium gratiarum Nutritio, jam olim fuissent destinatæ. Possent thronos Regibus, Curules Patriciis, Zodiacum sideribus, imò Cælũ etiam Numinibus sufficere; si suo non omnes Empyreo caperentur. Tanta nimirum Domus principium Tibi dedit, quanta omni eo, quidquid in honore Augustum, in gloriæ archivo memorabile, in virtute est dignissimum una, sufficit cõplectendo. Tanta Domus Te suum Nepotem habet, qualibus Patres Regnorũ prodire solent; originandis vel augendis Gentibus destinati. Pares si nunc

Origo & laus Illmæ Iunosianæ Domg.

etiam

etiam vellet architectari venturi ævi æmulatio; Orbis priùs utriusq; latera deberent dilatari. Imò totus quantumvis formaretur alius, angustias & iste suas non ambigo fateri cogeretur ad tantæ molem magnitudinis. Intulit eam sideribus Patritius Aries & jam infra sè hæc videt omnia, quidquid in alijs summum eminet; vel saltem Numina in proximum Consangvinitatis detraxit nexũ; & jam non est apotheosis quâ Divinior reddi possit. Merita protenderunt ultra terrã, quæ proin vel altitudini vel ãplitudini tantæ mẽsura sufficeret infra Cœlos. Polorũ certè terminis metiri Te deberes Præsul Maxime, si docere velles quantus sis! Principes Germaniæ Bohemiæq; Fasces pro palmo, Lechiæ nascentis cunabula idest primorũ Regni Authorum Sceptra, pro ulna servirent metiendo. Rubricâ Sangvinis, quæ Ioves in Creta notavit esse homines; quæ prima Orbem in unũ vitalem complexa circulum; hâc & Tu scribi posses. Vellus AGNI Tui est gloria Iasonis, labor Herculis, æmula-

Iuxta nonnullos Authores Iunossij traduntur Originem suã ducere ex Nominatis Regnis.

Paproccius verò apertè asseverat cũ Lecho allatũ Eorum stẽma in Poloniam.

tio Anthei; quod tunc aureâ commutatum lanugine asseverare non dubitaverim: quando hospitibus in terra Dijs, omnia apud Phrygium Monarcham auro placuit compensare. Tui Junoszæ lana: *Paludamēta, Togæ, Purpuræ, Patrumq; laticlavia, quæcunq; Lechicum aliquando auxerunt Senatum, quem nempe cum Lecho nostræ felicitati natum non nescimus; eidem nec Fontalem Patriæ com-Patris gloriam possumus denegare.* Tui arietis decora, *Altarium victimæ, Cæsarum pectoralis tesseræ, œcumenicæ salutis Tituli; idest:* ZAŁVSCIANVS AGNVS *Ecclesiæ sponsus, Regnorum sydus propitium, Cordium Aries, Patriæ lucerna, flos Purpurarum, publicæ felicitatis significator & Auspex, universalis boni holocaustū. Subticuisse tamen plurimos Divos Nominis Tui Aborigines placuit sæculis, post primum Imperij Imperatorisq; Lechi Collegam* Junossium; *an quia infans tunc adhuc Fortuna Regni loqui necdum sciverat, ideoq; nec Fastos suos narrare potuit? an quia terra-*

rarum indignati anguſtijs, quibus majores erant in nativam AGNI ſui *ſeſe receperunt ſtationem? an veriùs invida in hoc laborârunt ſtudia, ne Fundatorum titulos, Authorum gloriam, Propagatorum merita, Vindicatorum laureas, ipſi & non rivalia* Junoſſijs *Nomina occuparent. Fruſtra tamen tentatū eſt! Actum egit livor! differre potuit non auferre coronas; intercludere tantisper theatrum non ſubducere. Quid porro magnæ virtutis intereſt, ſtatim ne in ortu, an in meridie, plenâ gloriæ Majeſtate effulguret? quæ in oriente etiam non minus Phæbo ſidus agit? par Orbi illuſtrădo, ſi unum Cælum duos Titanes pati poſſet. Jmò ignaviæ eſt nota alias, ſeu imbellis circus Solennis volupiæ, primo paſſu coronam aſſequi; quæ niſi longo fatigatis agone ſtadiodromis bravium debuit contigiſſe. Præceſſerunt Cyri Macedones, Æneæ Romulos, Iulios Pæni Anibales, Traiani Auguſtos, Columbi Americos, Alcidæ Carolos; nullus tamen tam avarus extitit virtutis helluo, ut*

omnem audendi plus ultra *absumpsisset materiam; & cum unus minor capiendo effectus esset Alexandro Orbis, alium non angustiata desideria invenire desperarent. Relictum nimirum abunde cuiq;, quod Patres non tentarunt; habebitq; & serus nepos; in quo Proavos segnes arguat; & ille demum vicissim paris, si non majoris inertiæ à suo monendus Abnepote. Mutarunt ergo scenam tẽpora! Muta aliquandiu de* Załusciano Nomine, *sed tandem ita diserta, ut penè opprimant & elingvent Oratorem. Quæ enim Inventio triumphales eorum bene imitetur actus? quantas in Europæo Orbe Personas egerint! quam strenuos in bellis Hectores, quam justos in Areopagis Aristidas, quam prudentes in legationibus Cyneas, quam fervidos pro aris Flaminios? quoties Orientis sidera ecclipsarunt! Tauricæ cornua decusserũt, Coronas* in sui AGNI & Patriæ *cöegerunt reverentiam? Quod comprehendat theatrum? quot Senatoribus curiam, Põtificibus Ecclesiam, Heroibus Castra Officia-*

ficialibus territoria impleverunt. Mutarunt ſcenam tempora! & jam Orbis ſe fundit in paginam, ſidera implent periodos; Athlantem interim cogitur agere Orator, donec in Tuam tandem procumbat venerationem. Movit cortinam Immortalitas! & ecce tantum non omnia Numina apparent Perſonata, ut Heroes Domûs Tuæ repræſentent. Mars primum agmen ducere cernitur, in quod à Primipilo Sigismundo Załuſzka dicto, Ratislai ſub Boleslao Victore, *inter* Bellatores ZAŁVSCIOS, *Achilles, Druſi, Camilli, Scipiones, adlegi iterùm iterumque poſtulant: & fit delectus; ne quid minùs heroicâ Eorum gloriâ miſceatur.* Eminet Agni triumphale labarum, qvo pone alterum itidem ZAŁVSZKA à Caſimiro Monacho Nominatum, *ſeqvens Religio, Integritas, Salus publica, ſe tuetur; & quidquid inimicus exploſit furor, ovans ridet. Seqvuntur catenatæ belluæ, bellici laboris ſpolia: Roxolanus Leo, Vrſus Moſcuæ, moloſſus Orientis,*

Hic Załuſzka ab Henrico Cæſare Agnum ex collo pendulum dono habuit.

 & de

& de ZAŁVSCIANO AGNO *præ-
dictum rememoramus, quod Apocalypti-
ca notavit penna:* hi cum AGNO pu-
gnabūt & AGNVS vincet illos. *Pro-
ſpicit tandem, non tam è Cæli, quam è fa-
ſtûs ſui nubibus Luna Otomannica; &
vix* Patritiū *advertit* Arietē, *modo pal-
let, novâ Cælo ſuo* à ZAŁVSCIJS He-
roibus *Gigantonomachiâ metuens; modo
rubet, propinatum Inferis liberaliter ab
illis ſangvinē Machumetanū reminiſcēs.*

Senatores Załuſcij in communi celebrantur.

*Secundo ordini Juppiter ipſe præ-
ſidet, hucuſq; Capitolinus vel Hammoni-
us, amodo etiam* Iunoſſius, ab AGNO
ZAŁVSCIANO. *Hìc demum ad mira-
tor quondam Romani Senatûs vehemen-
tiùs exclamares Cynea: non Regum ſed
Deorum Conſeſſus iste!* in Domo A-
GNI; *quibus iam Religio, non tam gē-
mis in peregrino piſcatis mari, quam
gemmeis eorum ſudoribus diſtinctas im-
ponit Cydares; iam Hæreſis igneo zeli
decapitata enſe, laceratæ in modum hy-
dræ triumphum adfremit; Iam Patria
totidem in eis ſacratiores nacta Hercules,*

quot

quot nominis hæredes, Arctoi Imperij in humeros reclinat Cælum; iam deniq; toties ſalutaribus eorum ſoſpitata conſilijs ſalus Publica, gratitudinis & affectuum odoratiſſimas in cordibus Civiũ immolat hecatombas. Narrabone laureata ſcientiarum ſertis atria? ſacrum Religionis interpretabor triumphum? ſane ſi vel Parnaſſus, necdum Caſtalios Muſis aperuiſſet fontes, vel Apocalypticus Joannis AGNVS, ſuum Cælis adhuc non induxiſſet agmen, vel unus Archi-Cancellarius Chryſoſtomi Junoſza id certè optimè præſtitiſſet. Haberet in Jllo cornuta argumenta Plato; Zodiacum ſuum ſol Aquinaticus, victimam gratam Superis Pietas, vellus aureũ, qvo foveretur Fides; Haberent Paſtorem, Eccleſiæ; Lucernam errorũ umbræ; amicum Muſis ſidus Lycæa; Ducem & Præceptorem ſcientiæ; ſolus nempe ille dignus eſt viſus, aperire & noſſe: quidquid vel Aſcetarum tractatibus, vel Doctorum Commentariis, vel Hiſtoricorum annalibus, vel Rhetorum præceptis profundi-

Illuſtriſſimus Chryſoſtomꝰ Andreas Załuski Archi-Cancellarius Regnj, Vir, in omni laudabili abſolutiſſimus.

Functiones plurimás in Regno & Apud Exteros, gloriosissimè obivit. Præter Legationes in Hispanias cũ aureo Vellere post fata Michaelis I. In Gallias. Tũ ad Principẽ Brandeburgicum; nominátissima est illa, qvâ Pararium egit in connubio. Serenissimæ Teressiæ Cunegundis cũ Serenissimo Electore Bavariæ.

or sapiẽtia sigillavit. Judiciorũ bilancem supremus Mẽtis Regiæ moderabatur Archi arbiter? mitiús Innocẽtia non decerneret, si ipsamet sibi ageret Tullium & Senatum. Publicæ indemnitati in medium consulebat Senator? Jovis Capitolium, Delphum Apollinis, vel Lybiæ Arietinum, *in Poloniam ab amicis translata Numinibus, vota publica fatebantur. Oratoris ad Exteros vel Commissarij ad quæcunq́ negotia fungebatur munere? Cyllenius à Deorum Republica, Arpinas è Latio, Nestor ex Græcia, has ad ungvem æmularentur regulas; si tempore* Præsul Noster *præcessisset. Sacer contra crimina tonabat Ecclesiastes? toto Cælo se attonata credebãt; & juratur: nullum tam obstinatum fuisse caput, quod inter fulmina Oris Ipsius mentem Divino lumini non recluderet. Sed minùs egisse debuit, si Omnia a nobis complexa cuperet; non tot vulgasse tomos, composuisse bella, vicisse ardua, profudisse sudores, si in una imagine relinqvere se felicitati nostræ voluisset.*

Plurimos libros Ecclesiæ & Rejp. utilissimos Typis Vulgavit.

Pa-

Paria his eventura aliquando nunquam orbis credidit; nisi ab eâdem Radice plures aurei, uterini Præsulis Cācellarij Fratres *prodijssent. Quanti hi! quantus unus ex illis Plocensibus proximè succedens Infulis, LVDOVICVS! Areopagos, Curias, Senatum, Maiestatem, Fasces Honorarios, quos vel gessit, vel adhuc gesturus erat, necesse consulat, non istam Tibi soli etiā cōprehēdēdo imparē opellā, qui adæquatè voluerit informari.* Te demum *videat; in quo mutasse tantum numerum, non numerandorum interrupisse seriem, aureo Patritij* Junoszæ *connexam vellere observatur, Tuus olim Architutor idest forma quædam perfectissima! quam ac rasæ tabulæ, Iuventæ quōdam Tuæ, superinduceres. Vniversale quoddam Rubrum experta est Polonia Senatoriam Illius Purpuram, quod omnium meliorum Numinum (seu Iovē sanctuaria, seu Apollinē consilia, seu Mecænatem Lycæa exigebant) exactissimè repræsentaret solennitates.*

Hic Præsul celebratissimus Ludovicus indubiè Primas factus fuisset si diutiùs paulùm supervixisset.

Relinqvuntur porro ultra in mutæ

ſcenæ præconio, alia nominatim Culta Jlluſtriſſimæ Domûs Numina. Belus Parens, Avunculus Hector, gloria gentis Agenor, & longa Nepotum à Belo ſeries. *Quisq; ſuâ uti ſublimis pyramide, ita diſtinctis ſublimior claregeſtis. Elevatos ad Cælorum viciniam quantum licet dignoſcere heroas-* Quaternio *indiſtinctorum per Annales & elogia Bellatorum, primâ eminent baſi. Quatuor Orbis partes reſpicit triumphalis moles; quia omnibus ſufficerent implendis trophæorum copiâ, niſi unius Matris Patriæ obſequijs heroicam litare vitam maluiſſent.* Laurentiū Caſtellanū Goſtinensē, *alter attollit coloſſus.*

Proavus Illmi: cujus Conſors Kazanovia.

Tonans Juppiter contra Gigantes effigiatus credi poſſet; ſic oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat, *ſi fulmen adhuc, quo Tauricam toties exanimavit victor manu teneret; ſed magis placuit Clemētiæ Symbolum, teſſera Gentilitia* Aries; *quo tamen Vladiſlai IV. Regnatoris ita expugnavit pectus, ut Victorem viciſſet, & ſicut Jlle Marte excelluit omnibus, ita* Laurētius *triūphādi arte univerſos ſupera-*

peraret. Stat pone vix non obrutus ſuis, quas ex omni Acie collegit adoreis Alexander Palatinus Ravenſis;* *quem modo etiã, Mareſchalcum crimina, Ductorem hoſtes, Nuntium plusquam viginti Vicibus Civiles diſcordiæ, credo ſixius intueri fugerent; illas ſpirat iras ut expirare ſit neceſſe, omni vel ad mentionem ipſius hoſtilitati. Ineſt nempe Heroibus magna quædam Divinitatis authoritas, quòd etiam poſtquam illati ſunt Cælis, in terris adhuc timorem ſui habeant & reverentiam.* Petrus Ravenſis *Vexillifer,* Thomas & Stanislaus *ad electionem Vladiſlai IV. Nuntij vocaliſſimi,* Hieronymus *Caſtellanus Ravẽſis,* quinq; Infulis *ornata & ornantia Regnum Capita,* Palatino Caſtellanoq; *ſupra duodecem Jlluſtriſſimi murice, quanta Nomina!** *non ſtrues profecto hæ marmoreæ, quibus intra immortalitatis ſacraria ſinguli ſupra temporum & Fatorum ſe attollunt invidiam, ſed Carpathus, Pyrrenæi, Alpes, Olympus, quos glorioſis vel victores Orientis, vel O-*

Avus Jllı[...] Cujus Cõ[...] ımi vot[...] Prażmovia[...] 2di voti C[...] ciſzewſcia. Soror Ger[...] Primatis. C[...] ſzowia, 4[...] Koniecpolſ[...] Filij Jlliu[...] ex Olſzow[...] Chryſoſton[...] Ep. Varm[...] Alex: Pala[...] Ravenſis P[...] rens Præſul[...] Jllmi: Martinus Suffrag[...] Plocen, Hie[...] ron. Caſtel[...] Rav. Ludov[...] Epiſcopus Plocenſi. E[...] Jllmꝰ Præfectns Culinæ M. D. L, ex Koniecpolcia.

Diverſi inſimul honores Domꝰ Zaluſcianæ, ævo tã præſenti qvam non ita pridem elapſo.

ratores Patriæ, vel Commissarij Pacis signarunt vestigijs ascendendi essent, ut paribus encomijs attingantur. Stupere dūtaxat, mirari, & adorare hæc licet, nō laudare. Dicemini tamē sæculis ōnes, quid ad eorum egistis invidiam; memorabimini seris Nepotibus, quantâ illos præivistis gloriâ, & foris non qværendo exempla, ad qvorū regulam pubescentes se componant Ascanij; discetur ex Vobis, tanqvám ex expertissimis & paribus Orbi regendo Magistris: quibus occidat Ausis Regnorum surgatq; decus, quam Blanda vacillet excelso fortuna loco; quæ tempora Paci commoda, quæ poscāt lituos, quos negligat hostes, quos metuat mens cauta Ducum; quæ fœdera solvat, quæ credat temerasse nefas, quæ causa rebelles armet, & audaces frangat Prudentia motus. Barlæus.

Major nimirum iste pro nostris ingenijs labor, quam ut ad amplitudinem omnium, professa Obsequia ZALVSCIANA, possit se se extendere Styli Panegy-

negyrici devotio; ut pote cui pridem etiam illa ipsa, quæ dedit theatrum succubuisse videtur natura, quando impar ferendis omnibus in Te uno *maluit habere singulos;* Te unum *velut Synopsim omniũ luci publicæ & sibi reliquisse. Injuria ne? magis ideo magnæ Domui, an potiùs majoris Studiosa gloriæ, iam hoc problema solvisti, quando ita* Te *Hæredem tot Divorum Nominis Tui Patrum ostendis, ut simul omnem Jllam, sive Pontificum Sanctimoniam & Zelum, sive profanâ sublimium curuli* Palatinorum Castellanorumq; *vigilantiam & boni publici Studium, sive diversorũ per Regni & Provinciarum subsellia* Ministrorum *fidem Intemeratam, & amorem Patriæ, simul inquam hæc omnia; in* Te uno *ac in Panthæo Numina, quà publicis, quà privatis, Civium & Regni desiderijs, necessitatem* Tibi *repræsentandi imposueris. Non movemus proinde ultra actibus suis & vitâ gloriosissimè Functos Maximos Majores Tuos, quorum Genericus & Individualis*

AGNVS *iam in beatis deliciatur Elysiis. Non revocamus ad Panegyricum ordinem, ordinatissima ad omnes virtutum Regulas singulorum benemerita; non scrutamur quanti post fata in tumbis, sufficit quia Divi Manes; utique sol etiam in occasu Princeps siderum, & adamas in pulvere qvoq́, gemmarum primatum non amittit. Imò Præsentes etiam impari compellare eloquio, quæ foret audacia? quorum purpuratæ virtutes illis tantùm possunt metum non incutere; qui eas à longe audiunt non e proximo, uti Oratores necesse, speculantur. Non circino porrò intra conclavis parietes Orbẽ metiri, sed passibus; non medio dioptræ suffragio meridianum intueri Titanem, sed irretortâ pupillâ; id demum subterfugere, inanisne imaginationis vanus terror? an potiùs palmaria officiosæ tenuitatis industria, decretorium censebit argumentum. Relinquimus itaque in suis curulibus & istum quem, unà* Tecũ Præsul Dignissime, Orbis *Polonus veneratur*

Superstites nunc Jllmi: Załuscij meritis Suis & Honoribꝰ celeberrimi vel adhuc spes purpurarum.

ratur Senatum. Non evolvimus, Jllustrissimi Genitoris *Purpuram quantâ hoc pæsto Patriciæ dignitatis arcana tegat, Legatus toties, Commissarius, Mareschalcus Tribunalium, Senator per omnia meritissimus,* Non Jllustrissimi Palatini Plocensis *versatissimam peritiam, Catonianam gravitatem Tullianam facundiam, connonymam Tutelari Seraphico pietatem, ad numericos revocamus actus;* Non Jllustrissimi Dapum *Mitræ Palæmonicæ Ministri, amplissima in Regem, Cives, & totam Patriam recensemus officia. Non dignissimum* Jllustrimorum Fratrum, Lectissimarum Heroidum Sororum, aliorumq; sangvine & Nomine Tuo *vocalissimorũ Heroum recitamus Syllabum; Scribent enim hæc cuncta Annales, quos non exili parte unà cum Patria implebunt Hystoria; referent in memoriam Honores, quos occupant vel adhuc occupabunt; quando similes illis semper lacertos exigent, optabuntq; ut:* Sidere nata augeat hos similis soboles, æternaq; crescant im-

peria, & ſimili laſſentur Prole Curules. *Tu unus pulcherrima es Panegyrici applauſus Tui Corona & coronis.*

Qvid enim opus habeas, alienis grandeſcere factis, ſerenari titulis, eminere gloria; qui de Tuo poſſes implere tomos, ſicut Europæum Orbem impleviſti. Permitteret tantùm Tua dignitas, vel noſtra tenuitas auſum, ad Oratorios magnitudinem meritorum Tuorum revocare numeros; quantus eſſet laudandorum computus! quam longè latèq; protendi cogitationum deberet ſagacitas! ſtuperemus hauriri plenâ amystide fontem gloriæ Tuæ & magis creſcere; multiplicari per paginas virtutum fulgorem, & adhuc intendi; vel tantum in ſe diminui, quantum Titani detractum eſt, poſtquam ſidera communicatione luminum, & totum Orbem ſubiectum radijs ſuis ſerenavit. Sapientiæ Platonis, Eloquentiæ Tullij, capacitatis Theopompi, ſolertiæ Ariſtophanis, Tu Magiſter dici deberes; haberent enim quid à Te diſcerent, ſi pro illorum Hironibus, exedras & Senatum occupaſſes.

passes. Pactolus, Ganges, Hydaspes, Hebrus; ex Generosissimis Tuis manibus Caput suæ Thethydis originare narrarentur, non ex India, Lydia vel Hispanijs. Sergij exæstuasse jubar, Stesichori nidificasse lusciniæ, Ambrosij distillasse apes in Tuo svavissimo crederentur ore, quoties illud inter conversationis intersticia solvi à Te in discursus memoraremus. Tu sidus Gentium, terrestris Angelus, Amòr populi, Charitum Nutritius, Flos purpurarum, decorum Jlias ad summa natus *affirmareris; Tu verecundiâ Casimirus, facundiâ Chrysostomus; Zelo Gregorius, æqvanimitate Athanasius, Consilio Augustinus, promotione Ecclesiæ Constantinus, (& siqvod meritis gloriâq; augustum vocabulum) nominareris, in Tutelaris ANDREÆ cruce æquè cum illo triumphalis. Germania, Galliæ, Italia, Vrbs Orbe major, cæteræq; quas lustrasti Provinciæ, Tuarum dicerentur vivi annales Dotum; tam ampli, ut illæ se suis diffundunt terris; tam augusti, ut illæ suis gloriosæ decoribus;*

raræ moribus, imitandæ factis; vocales claregestis. Sed cogimur hæc omnia silere de Te, cogimur relinquere cunas, & quidquid seu proximâ in Materno Podkanſciorum *nomine, seu Avitâ in* Olſzovijs, *seu Affini vel Conſangvineâ in* Prazmovijs, Koniecpolſcijs, Fredronibus, Wierzbovijs, Comitibus de Riviene, Lęccijs, MęcinijsCieciſzewſcijs, Wituſcijs, Oſſolinſcijs, Chlebowſcijs, Kuropatniccijs, Danielowiccijs, Weſslijs, Lackorońscijs Kazanovijs, Koryccijs, Grzybowſcijs, Mokranowſcijs, Radivilijs, Potoccijs, Denhoffijs, Tarłonibus, Chomętovijs, Duninijs Kretkowſcijs, cæterisq́; innumeris *ad gloriæ Tuæ Oceanum fluit ſcatebrâ. Cogimur non numerare Cunarum præſagia, qvæ jam implesti; non memorare eruditos in Academijs labores, qvibus Mentem tuam ex coluisti; non numerare dotes, qvibus totius Europæ amores meruisti; ſuperfluæ garrulitatis cēſurā metuentes: ubi nihil non ſingulare occurrit, præter laudem. Ea ergo*

[margin note:] ...vomodo hæ ...om9 connex...æ? Podkāſcij, ...er Jll. Matrē ...ræs. Jll: ex ...va etiā hæ 3. ...iliæ proceſſ...runt, ſcilt: ...udovica, mo...erna Oſſoli...ia Cap: Dro...ic: Alexādra, ...oderna Lāc...oronia Sub...ap: Podol: Et ...en. Victoria ...anctiMō.. Vi...it. B. M. V.
De Olſzo...ijs, Prazmo...ijs, Koniec...olſcjs Cieci...zewſcijs, Ka...anow. col...igi poteſt ex ...uperiùs no...atis- Fredro...ia & Wierz...bovia, Cōſor...tes fuerūt Jll. Hierō: Caſtel. Rav- cujus Filius ex Wierz: bovia Jll. Cap Zawichoſt. Per hanc Wierzb: Chomętowſc. Colligatio plane proxima. Ex Fredr. procedit Capn. Rav. & Conſors Jll. Chlebovij. Kopciāka eſt Conſors Jll. Præf. cul. M. D. L.
Wituſcia Caſtellāis Sād: Cōſors fuit 1. Voti Jllmi: Parētis Præſulis. Jll. Comit. de la Riviene, Conſors eſt Jll: Palat Plocen. Daniełovicia, Jll: Cap. Lubl. Kuropatniccia & Wilxiccia Jll: Cap. Rav.

ergo narramus, qvæ invidissimus etiam, livor nec vulgaria, nec superflua in dubium valeat revocare.

Natales purpuras pullo Ecclesiæ immutasti habitu. *Qvam illustris tot sæculi honorum, elusio! Hoc terrestres ante Te egere Angeli, egisses verò Tu primus forsitan, si talia necdum exempla haberentur. Qvanta Numinis aviditas! Domi aureum habere vellus, in qvævis etiam suprema aptabile laticavia, & humilitatis amplecti violas; sceptris augustam posse fulcire manum, & baculum eligere Pastoralē. Habet enim vero licet, suas Sacerdotium quoq; coronas, qvas, Majestates minores capitis, seper venerari necesse; digniùs tamen, quā Servorum hoc non est insigne; quorum & Regnum totum in servitute.*

Jllmq. Wessel Castel Varsav. Jllmq Chlebowski Cap. Livē. habēt Załuscia nunc thori socias. Lęccia Avia ex Matr Præsul. Jllm Abavia Męciscia, Sor Germna. Sanctissimi Martiris Męcini Soc. Jesu. Abavia ex Parre Koriccia. &c. &c.

Statum publicum Diæcesis Plocensis, dum Romæ ageres, impetratus ex Polonia exposuisti Orator. *Potest nè quidqvam non Tuum huic se immiscere laudi? posset forsitan confusus Tullius, si Tuæ facundiæ gloriâ*

 alie-

alienam pati posses depressionem; superatus ætate zelus, si illum in Te iactares; Plociæ obligatio, vel Celsissimi eucharisticum Capituli, si admitteres. Vestrum porrò Purpurata Ecclesiæ Numina necesse hìc apellem sensum. Quid tum de Nostro inter Vos destinabatis Præsule? Audivi ego Coronam suæ Rotæ ab Aliquibus, tantis svadæ destinatam clenodijs; audivi raptatas per Archiva & Academias, voces, tanquam gemmas; audivi gratulatos aliquos Polonæ Reipub: tantum Civem, optasse suæ; contempsisse alios suum, Polonum admiratos clima; Sed nè híc etiam plus de alieno, quam de Tuo adjecisse videar, illi ipsi, qui hæc stupuit, Orbi, relinqvere cogor celebranda.

Juris utriusq; Lauream, solenniter ibidem Promotus recepisti. *Vbinam? ubi inquam? libet geminatâ iterum indagare qvæstione. Romæ? in illo Doctorum Panthæo? in illa ipso Cælo inferiore Cælestis Sàpientiæ Metropoli? in illa Divinarum humanarumq; Scientiarum*

rum absolutissima Monarchia? inter illos qvot Magistros, tot ingeniorum Lydios? ita sane! Roma Te Parem Orbi docendo agnovit; Roma declaravit. Altiùs porro, qvo Humanæ Sapientiæ possit ascendere elogium? qvam meruisse, dici ita sentire, sicut sentit & judicat Caput Orbis.

Redux in Patriam, Canonicum Cracoviensem, Decanum Pułtoviensem, Præposituram Plocensem, Ducemq; Sielunensem assumpsisti. *Quã pulchræ! sive potiùs quam formidandæ singillatim nonnullis concessæ, paucissimis congestœ insimul, tot Titulorum Provinciæ! lassarent alios vel in primis tentamentis indivisi cum his Munijs labores; Te gravarunt quidem; sed nunquam enervarunt vidimus; quia in* fortem Andream *inciderunt. Scivisti Te ita partiri omnibus, ut nulli deesses totus; totus interim & Tuus qui, totus omniũ; ac Princeps inter Planetas Titan, quem ita nos nostrum asseverarc possumus, ut simul & remotissimo cuivis Climati suum liceat o-*

ptimâ fide affirmare. Habuit Te ergo ſimul & Vavelus Cracovienſis ſuum Staniſlaum, hoc eſt verum Szczepanowij *primum Canonici Cracovienſis ſeqvacē; & Ducalis Mytra nobiliſſimam ſuam Gemmam; & Decanatus Pułtovienſis ſuum Principem; cujus ſtemmaticus* AGNVS *non dominans, ſed forma gregis factus, etiam feriſſimas mentes erectâ ſuâ quaſi minax plantâ poſſet emendare ad modeſtiam.*

Judicis Deputati ad Tribunal. Viſitatoris per Diœceſim vice Jlluſtriſſimi Patrui *Ludovici* munus obiviſti. *Quid quæſo Judicem? qvid eſt Viſitatorem agere? non ne ideſt? quod Angelicum etiam ad æmulationem provocare poſſit miniſterium? quod ſuppari honoris viciniâ Apoſtolorum proximè adæquat dignitatem? quod* Deificam *ex ſenſu* Ambroſij *ſpirat* Profeſſionem. *Jta ſane! Titan ſit Pater Luminum neceſſe, qui aliorum defectus illuminat, Petra ſolidiſſima, non infirmius fulcrum quodpiam, cui ſalus cæterorum innititur: Amplior*

plior quædam à gradu bonorum perfe-
ctio, quæ errantes emendat, reducit ad
amussim, quod excessit. Hoc Tu totum
exhibuisti in Te adæquatissimè; dum po-
pulis in vitæ regulam & regulamen pro-
positus à providissimo Pastore Ludovico,
nominata munia peragebas. Imò Numẽ
ipsum credi poteras ſcrutans in lucernis
Diæceſanam Sionem, *nam & Tuus*
Lucerna eſt AGNVS.

Purpuram tandem Pontificatûs
Plocenſis, Comendante totá Polonâ
Republicâ, Promovente Sereniſſimo
AVGVSTO, Annuente Beatiſſimâ
Sede Apostolica 28vo Anno necdũ ſu-
perato recepiſti. *Ingeniosum hic* SAN-
CTISSMI DOMINI INNOCEN-
TIJ XIII, (qui utinam Immortalis
vixiſſet!) *necesse maximè mirari Amo-*
rem. Postquã majora Annis compertum
est: esse Tua merita, in Præconisationis e-
xamine; ne Maturissima fructu suo pri-
varetur Indoles; Habebit *inquijt* de
Mea, quos de ſua ætate, Præſul, Cã-
didatus *ANDREAS*, non habet An-

 nos.

nos. Ideſt: (liceat Triregno tecti ſenſûs, interpretem admiratoremq́; agere)
‘ Quid decrepitæ luſtra vitæ ad Faſces E-
‘ piſcopatûs Meo expectētur Præſuli? An-
‘ ni deſunt? parum eſt; ſi non dignitas, non
‘ Perfectio. Ad hunc gradum, magis facit
‘ morum, quam annorum ſenecta. Anti-
‘ cipavit Probitate ætatem, præcucurrit
‘ fervore tempus, Non tardēt & Præmia;
‘ ne liberalitatem quoque noſtram præfe-
‘ ſtinet, priuſquā Nos largiri Præmia in-
‘ choemus. Debeat aliquid etiam Nobis;
‘ nam ſi tempus expectetur, jam meritis
‘ dumtaxat tota muneris Collatio tribue-
‘ tur. Quam maturus ſit noſtræ huic Gra-
‘ tiæ; Regi, Regnoq́; credo, imò Fama
‘ etiam relicta in Vrbe aſſerit: fuiſſe Ju-
‘ venem, Comem, Amabilem, Doctum &
‘ moribus Probū. Dominus benedicat
‘ illi & faciat Eū creſcere in plebem
‘ ſuā. Ibi mereatur de Eccleſia, & ſede B.
‘ Petri; hìc ſe amari ſciat; & ut ſciat e-
‘ tiam de Noſtris Jlli addimus annis. Ha-
‘ beat ſpatium Operationis in vinea Do-
‘ mini, & exerendi Zelum pro Domo
DEI

DEI. Successorum Nostrorum intererit, ‘
ut Memores, quod primo mane, *& ad-* ‘
huc supra Evangelicorũ Operarum di- ‘
ligentiam, pene ante tertiam, *in vineam* ‘
vocatus sit ANDREAS, quatenus Eũ in ‘
remuneratione, inter Primos parem fa- ‘
ciant Jllis. *Vivat vel meâ vitâ AN-* ‘
DREAS Episcopus Plocensis! Habe- ‘
bit inquijt de Mea quos, de sua Ætate nec- ‘
dum habet annos. O providissimum Be- ‘
atissimi Patris *Amorem! O! dignissimã*
tanto Amore Indolem! O præcocem Æta-
tem nè, dicam an virtutem. Tunc jam
inter Patres visus es numerari dignus,
ubi infantiam aliorum vix orditur vir-
tus? satisq; dignationis recipitur, si digni
aliquando sperentur. Quo demum in Æ-
tatis meridie radiabis lumine? si in pri-
mo Honorariæ serenitatis Ortu, eâ Titu-
lorum meridionaris auge? Votum alijs,
major Principibus par Regibus Celsitu-
do; Tibi gradus erit, uno pede, quem iã
Patritius paravit ad ascensum JVNO-
SZA, *si volueris, conscendendus. Nec*
ex astris istas legimus Prognoses, pro-

priæ virtutes Tuæ hanc ſibi Figuram e-rigunt, Ætas explicat, nos veneramur. Imò Figuras etiam relinquamus, rationis inſtinctum fateamur; Mereberis ſemper, qvò diutius, eò amplius, æſtimationem à Civibus, gratitudinem à Principe, A-morem ab Eccleſia, & quo deinde tantis in Se virtutum Tuarum Officijs, grata-bitur ex condigno, niſi illud adferat præmium, poſt quod, plus ultra precari non licet, etiam faventiſſimis.

Tua porro erunt hæc, & jam ſunt Paterni Cordis ſolatia Jlluſtriſſime Pa-rens, Palatine Ravenſis, *tantâ ſublima-tum, & adhuc majoribus ſublimandum Curulibus, videre* Filium Jlluſtriſſi-mum. *Audire Orbis & Vrbis de eo Iudicia, Patriæ Officia; Civium Amo-rem & Sereniſſimi Regis in Eundem re-ſpectus, intueri. Igitur in tanto Filio* (*evoto Vatis olim Tui*) Tuæ quam conſecrarunt ſydera Gloriæ, Coronã Magne Parens cape.

P. Benedicto Scholarum Piarum Odâ ad Jll. Palat.

Nec minùs autem Tibi quoq; gra-tulari, Tuam Gloriam neceſſe, tota Au-

guſta

gusta ZALVSCIORVM *Prosapia, ad Cujus summum Decus, ac Ornamentum, quod olim* Primas Olszovius *de Vestro* CHRYSOSTOMO *dixit; idem hodie unanimi Civium applausu* de Andrea *geminatur:* Præsentatus est in theatro Reipublicæ ZAŁVSCIVS. Ingenium sublime, suis velocius Annis. Maturitas Iudicii, lingvarum peritia, in rebus agendis dexteritas, Aularum Serenissimarum respectus, dignum Illum faciunt, dicier: hic est, Divino Consilio ad magna Natus. Orator Polonus Tom. 2. p. 405.

Gratulatur vero & Sibi tandem Minima Scholarum Piarum Religio, de tanta Tua Fortuna, Purpura & Curuli. Multum interesse sua, sortes Tuas putat, quia exabit inter Tuos semper numerari Servos; si votis annues; vel Clientes, si dignaberis. Porro motivum hujus Academici laboris, ipsum Amorem nostrum si expendere velis, si, quāto Studio ac animorū Conatu Paterni Pectoris Tui Clementiam præoccupare cupimus, consideres; non poteris esse non Protector.

 Per-

Permitte tantùm diù moram istis, nostris Tuisq; solatijs; Fruere longævus hâc Fortunâ, quã ob festinatæ Virtutis meritum auspicaris; Vive, sicut dignissimis optari solet, Immortalis. Superum solicitudo erit, quas tam citò eâ Curarum mole onerarunt Vires, fovere semper; & Majorum Purpurarum reficere Nutrimento.